Würzburg, um 1255/1260

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



um ioseph posuit illud: cum exiret de
terra egypti linguam quam non nouit
audiuit. Auertit a oneribus dorsum
eius: manus eius in cophino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me & liberaui te
et exaudiui te in abscondito tempestatis
probaui te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus et contestabor te: is
rahel si audieris me non erit in te deus
recens: neq; adorabis deum alienum.
Ego enim sum dominus deus tuus qui
eduxi te de terra egipti: dilata os tuum
et implebo illud. Et non audiuit po
pulus meus uocem meam: & israhel non in
tendit mihi. Et dimisi eos secdm desi
deria cordis eorum: ibunt in adinuencioni
bus suis. Si populus meus audisset me: isra
hel si in uiis meis ambulasset. In nichi
lo forsitan inimicos eorum humiliassem: et